

manus quâ
liter ab illa
prædicat.

Deum creare hominem per ideam hominis, nõ
verò per ideam equi, nõ quia in re distinctæ sint
hæc idæ, sed quia licet sit vnum eminentis exem-
plar ita repræsentans singula, ac si esse t vnu seu
vni quæque proprium, tamen per se nõ agit vni quod-
que nisi quatenus repræsentat illud, quod autem
repræsentat alia, est quasi per accidens ad talem
effectum. Et hæc habitudo per se significatur in
illis locutionibus. Vnde eadem ratio est de illis,
iustitia miseretur, & misericordia punit, quia
neuter effectus est p se ad æquans diuine virtuti.

Atque (vt hoc obiter Theologis demus) idem
dicendũ est de originibus ad intra, nam cum in
Deo Patre vna & eadem ratio sit intellectus &
voluntatis, non est tamen principij alicuius ori-
ginis seu personæ secundum totam hæc adæqua-
tam rōnem, sed est principium filij prout habet
vim intelligentis, & illi virtuti vt sic, est adæqua-
ta illa origo, seu processio: principium aut Spiritus
sancti est prout habet vim amandi. Qua er-
go nominibus intellectus & voluntatis significa-
tur illa virtus secundum hæc præcisas & inadæ-
quatas rōnes ideo nõ pot voluntati attribui ori-
go filij, nec intellectui origo Spiritus sancti. Et
hoc idem est, quod aliis verbis dici solet, hæc scilicet
virtutes seu attributa, licet non actualiter, vir-
tualiter esse distincta, & vnum attributum esse
principium vel rationem operandi seu producen-
di aliquid, prout virtute distinguitur ab alio, & nõ
non posse formaliter & per se attribui vni quod
est proprium alterius, vt virtute ab alio distingui-
tur. Nam, hæc attributa virtualiter distinguitur, nihil
aliud est, quam vel virtute continere ad se nõtos
effectus, vel virtutē & simpliciter in se habere,
que in aliis distincta sunt, vel esse eminentē vir-
tutem seu rōnem, quæ pot esse principij quod,
aut quo, diuerſarum actionum, aut processionũ.
Vnde licet hæc virtualis distinctio in re non sit
distinctio, sed eminentia, est tamen fundamentũ
repectu nostri distincti concipiendi illam virtu-
tem secundum proprias, & per se habitudines ad
distinctos effectus seu terminos, & ideo est etiã
sufficiens fundamentum diuerſarum locutionũ,
vt declaratum est.

Ad alteram partem obiectionum, cũ dicitur,
iustitiam Dei vt a nobis concipitur, prædicare
ad omnia alia perfectione, respondetur id esse verum
de prædicatione simpliciter quoad expressam co-
gnitionem seu considerationem cõceptientis, quia il-
le verè nil aliud expresse cogitat nisi rōnem iusti-
tie. Non est aut verum de prædicatione exclusiua,
quia ille qui sic cogitat, non existimat illam iusti-
tiam, nisi esse iustitiam, aut in ratione sua essentia
h nullam aliam perfectionem includere. Imò nec
secundum abstractionem purè præcisam ita
abstrahuntur alia attributa a iustitia, quin in eius
cõceptu includatur saltem implicite, quia si iusti-
tia Dei concipitur, non sufficit conceptus iustitiæ
in communi, sed aliquid adiungere oportet quod
fiat conceptus proprius iustitiæ diuinæ: sit ergo
iustitia per essentiam, aut simpliciter infinita: in
hoc ergo conceptu implicite continetur vt talis
iustitia essentialiter fit omnia alia perfectio.

Atque hæc facile etiam intelligitur quo mo-
do essentia Dei cõcipiatur præcisè attributis, quoniam
etiam cum illis comparamus, vel hæc illi attributa
imus. Prædicantur etiam ab expressa & distin-

A Et a perfectione talis essentia, sicut et a perfectione
nis eius, nõ tamen ab implicita inclusione, vt sic
dicam. Conceptio enim essentiam Dei per cõmu-
nem conceptum entis, vel essentia, adiungendo
aliquam negationem, vel perfectionem nõ agit
proprius Dei, vt concipiendo essentiam simplici-
ter infinitam, aut ex se actualem, per quem con-
ceptum distinctè non considero, quæ perfectio-
nes sint de ratione essentiali talis nature: & hoc
modo dicuntur prædicandi per talem conceptum;
tamen implicite seu confuse non possunt exclu-
di aut prædicandi, quia in perfectione illius rati-
cepta essentialiter continentur. Postea verò per
proprius cõceptus iustitiæ & misericordie, & c.
explicitè cõsiderantur, & inter se, vel cum essen-
tia cõparantur, aut prædicantur, nam ad hoc satis
est diuersus modus concipiendi nos. Vnde cũ
dicimus de essentia Dei esse quod sit iustus, aut sa-
piens, nihil aliud facimus quam explicare quid
in illo conceptu implicite contineretur.

Tandem hinc facile expediuntur rationes con-
trariæ sententiæ: & declaratur quomodo attributa
dicatur cõuenire Deo ratione essentia, & quo
modo vnum per aliud possit demonstrari, & qua
ratione in hac essentiali cõtinentia mutua attri-
butorum & essentia nulla sit confusio, vel repug-
nantia. Essentia enim nõ dicitur esse ratio attri-
butorum secundum se, sed secundum modũ nõ-
strum cõcipiendi; quia nimirum cum concepimus
essentia conceptu quodã inadæquato, adiecta
aliqua differentia seu modo saltem negatiuo
proprio Dei, quatenus esse primũ ens necessariũ
ac per essentiam, ex hoc conceptu, seu ex tali mo-
do entis colligimus, talem vel talem perfectionem
illi enti esse necessariã attribuendam, quia illa ratio,
v.g. entis a se, talem perfectionem requirit.
Tamen sicut hoc modo colligimus attributũ ex
ratione essentiali, ita etiam colligimus illud attri-
butum non vni quæque, sed essentialiter conti-
nere tali enti, & cõsequenter etiam colligimus, essen-
tiam non esse rationem attributorum eo modo
quo in creaturis essentia solet esse principij pro-
pria, sed solũ quia in simplici, ratione sua,
quæ a nobis confuse concipitur, necessariõ con-
tinetur quidquid perfectionis per var os con-
ceptus de eadem essentia nos postea cõcipimus.

C Et eodem modo demonstramus vnum attri-
butum per aliud, & illud apprehendimus vt prius
& vt rōnem alterius, quod secundũ se ipse dicitur
& vt abstrahit a Deo & creaturis, habet aliquam
rationem prioriam, vel præsuppositionis ad aliud,
vt videre licet in intellectu & voluntate & simi-
libus. Vnde nulla est in re confusio, sed iuncta
& essentialis idemitas & simplicitas. Neque etiã
est repugnantia, quia oēs hæc perfectiones secundũ
se simplices, & abstracte a conditionibus creatis,
non postulant necessariõ distinctionem vllã, nec
includunt aliquid ratione cuius repugnet oĩa attri-
buta eius de rōne singulorum. Vt autem minus
incredibile vel admirabile videatur, hæc tantam
vniatam in diuina simplicitate reperiri, postu-
mus ex creaturis aliquid exemplum sumere,
quo rem. hæc amplius explicemus, vel adum-
bremus. Nam rationale verbi gratia est differen-
tia essentialis hominis, vna, & indivisibilis, qua
concepta vt adiuncta generat, tota hominis essen-
tia concipitur. Ad explicandam autem hæc
Tom.2. E 2 diffe-

XVIII.

XIX.
vt per vnu
Dei attribu-
tum a prio-
ria iud. de-
monstratur.

XV.
Filius in di-
uinitis cur nõ
per volunta-
tem, sed per
intellectum,
contra Spiritus
sanctus
producat.

Nam esse
sicut
dicitur

XVI.
Iustitia Dei
vt a nobis cõ-
cepta, quali-
ter a miseri-
cordia præ-
dicatur.

XVII.
Attributa di-
uina quæ de
essentia autem